

Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen (Ed. Wartmann) Nr. 655

Christi igitur favente clementia Irmindrud et Perehdrud venerabiles abbatisse, filiae Uodelrici comitis et Perehheide, una cum consensu amicorum nostrorum et cum manu advocati nostri Ymmoni complacuit ut res, quas nobis Engilbiric tradidit, ei Ipsa enim tradidit nobis quicquid Ruodpertus frater eius proprietatis illi tradebat, hoc est in pago Durgouve in loco, qui dicitur Hetelinga, inter duabus fluminibus Dura et Thosa, et in pago Duricinum in loco, qui dicitur Hofelda, vel quicquid ad illis locis pertinet, omnia ex integro tradidit atque transfundit ad ipsam nostram ecclesiam pro remedium anime suae et senioris eius Geroldi, tam domibus, quam ceteris edificiis, agris, pratis, silvis, pascuis, campis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus, mancipiis quoque et iumentis, pecoribus maioribus et minoribus, omnia videlicet ex integro tradidit; ea Actum Signum Irmindrude abbatisse et sororis eius Perehdrude similiter. sig. Ymmo advocati illarum. sig. Uodelrici comitis patris earum. sig. Perehheide matris illarum. sig. Keroldi fratris. sig. Othere. item Othere. Luto. Waltere. Pato. Hugebald. Richgouvo. Amalbert. Fruochenolf. Paldcoz. Cunzo. Erchanbert. Ego Notavi anno V Karoli imperatoris, comite vero Adalberto.